Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Si letatus sum super diuitiis meis multis. et quod reperit plu
rima manus mea. si uidi solem cum fulgeret. et lunam incedentem
clare. et letatum est in abscondito cor meum. et osculatus
sum manum meam ore meo. Et est iniquitas maxima. et negatio
contra deum altissimum. si gauisus sum ad ruinam eius qui me
oderat. et exultauit quod inuenisset eum malum. Non enim de
di ad peccatum guttur meum ut expetierem maledicens animam
eius. si non dixerunt uiri tabernaculi mei. quis det de carnibus eius
ut saturemur. foris non mansit peregrinus. hostium meum uia
tori patuit. si abscondi quasi homo peccatum meum. et celauit
in sinu meo iniquitatem meam. si expauit ad multitudinem
nimiam. et despectio propinquorum terruit me. et non magis
tacuit. nec egressus sum ad hostium. Quis det mihi audi
torem. ut desiderium meum audiat. et librum scribat
ipse qui iudicat ut in humero meo portem illum. et circum
dem illum quasi coronam mihi. Per singulos gradus meos pnun
tiabo illum. et quasi principi offeram eum. Si adversum me terra
mea clamat. et cum ipsa sulci eius deflerint, si fructus eius
comedi absque pecunia. animam agricolarum eius afflixi. pro
frumento oriatur mihi tribulus. et pro hordeo spina. finiuntur sermones iob

1 xxiii Omiserunt autem tres uiri isti respondere iob. eo quod 10 B
iustus sibi uideretur. Et iratus indignatus est helihu filius
barachel buzites de cognatione ram. Iratus autem ad
uersum iob. eo quod iustum se esse diceret coram deo. Porro ad
uersum amicos eius indignatus est. eo quod non inuenissent re
sponsionem rationabilem. sed tantum condempnassent iob. Helihu
autem expectauit iob loquentem. eo quod seniores essent loquen
tes. Cum autem uidisset quod respondere non potuissent.
Respondens helihu iratus est uehementer.
filius barachel buzites dixit. Iuniores sunt tempo
ris. uos autem antiquiores. ideo demisso capite uereba
tur uobis meam sententiam. Spabam ut quod etas
plurior loquatur. et annosa multitudo doceat sapiam.
Sed ut uideo spes est in hominibus. et inspiratio omnipotentis dat intellectum